

in Autoribus & assertoribus impiorum dogmatum, ut sine veritatis &
 doctrina Christiana tristissima jactura, nequitam Syncretismus ve-
 rus iniri potuerit, imo eo deuentum etiam sit, ut propemodum de omni
 consensu inter docentes desperatum fuerit. Non enim contenti fuerunt
 capitum doctrinae praecipuorum depravationibus, quos sine modo
 alias post alias exquisito studio commiscebantur, pratoria auctorita-
 te aliis dictabant, & subsidiis scriptionum nefariarum confirma-
 bant, verum etiam sacrilegio huic suo adjungebant tam effrenem (uti
 roti mundo constat) maledicentiam, & virulentas calumnias, quibus
 omnes suos antagonistas, qui pro veritatis propugnatione noctu diutine
 in procinctu quasi armati stabant & immaniter, & supra quam Theologica
 ferebat gravitas & dignitas, deformabant, & in omnium contemptum,
 invidiam & odium adducebant, ut contumelias omnium schurrarum,
 qui unquam extiterunt, longè post se relinquerent. Quamvis & B. hic
Theologus ardenterisimis hoc justè tribuit piorum precibus,
 quod calamitas ista omni humana meditatione longè superior
 per *Formulam Concordiae*, sigillum istud Symbolicorum Librorum
 verè divinum cestaverit quod antenus, hodie tamen, quod eni-
 xissime dolendum, recruduerunt tot malorum pristinorum
 nefaria ulcera, quibus mendicis sanandisque omnis vix sufficit
 orbis, ut, nisi Deus opem tulerit divinam, res conclamata ubi vis
 ferme videatur; sufficienter siquidem non explicabitur viru-
 lento rum recessuum lerna & perditionis nefandissimæ abyssus,
 quam Indifferentismus machinatur & indesinenti proh! moli-
 tur audacia. Exemplo nobis ex innumeris fiet locus de Sa-
 gramento Altaris & speciatim de Participatione hujus & frequen-
 ti etiam apud Regenitos iteratione Vah! quæ calumniarum falsi-
 tatumque panditur vorago, si Diabolo liceret, medium hocce
 divinisimum & salutis nostræ efficacissimum eliminatum deore-
 henderes quam diutissime. Deum testor quod introspi-
 ciens miserabilem Religionis nostræ faciem in gemitus diffluam
 præ metu, ne forte an redeat redundetque super nos commis-
 nationis divinæ analogum, quæ Ephesinam tertuit quoniam Ec-
 cleiam & Apoc. II. 5. sic legitur: *Movebo candelabrum tuum è*
loco ipsius, in id etenim Diaboli enititur invidia & tentant insimul
eas